

## **Decisiones Sacramentales, Theologicæ, Canonicae, & Legales**

In Quibus Tota materia Sacramentorum, Theologiæ Moralis, Juris Canonici, & Quæstiones plurimæ Juris Civilis explicantur, dilucidantur, & traduntur, Eruditionibus, Historiis, & Exemplis adornatæ ; Opus Episcopis, Vicariis, Parochis, Confessariis, aliisque Studiosis utile, ac jucundum In Libris novem ...

Decisiones De Matrimonio

**Chiericato, Giovanni Maria**

**Augustæ Vindelicorum, 1730**

Auctoris Ad Venerandum Clerum Patavinum Atque Studiosos Lectores Parenæsis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94595](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94595)

AUCTORIS AD VENERANDUM  
CLERUM PATAVINUM  
ATQUE  
STUDIOSOS LECTORES  
PARENÆSIS.

**E**N, Venerandi Animarum Pastores, ac amplissima hujus Diœcesis Patavina Confessarii, ceterique Studiosi omnes, novam, quam enititur, post unius Anni curriculum, calamus meus Prolem; DECISIONES scilicet DE MATRIMONIO, Opus è præcipuis studiis Vestris, iisdem dum ego præessem, collectum, atque compactum. Jure vocabo istud BENIAMIN, idest in senectute gentium, charissimum, ac eximius præditum qualitatibus, quibus adornatum ipsum Vobis exhibeo, atque diligendum fore ab omnibus valde confido. Utique, inter ceteras meas DECISIONES, has Utiliores, ac, Gratiores autumo: in eis enim, solita brevitate, ac claritudine servata, quidquid egregius ille Doctor THOMAS SANCHEZ se per multos annos, ac assiduis laboribus, in Libris decem de MATRIMONIO concessisse, ac diuturnâ commentatione enodasse proficitur, ego restrinxi. Utiliores dico, quia non ea tantum, quæ ad essentiam MATRIMONII, sive ut Contractus, sive ut Sacramenti, speculative attinent, explicantur: sed etiam præctice Impedimenta omnia recensentur: circa qua versatissimi esse debent Parochi, & Confessarii singuli, quorum plures, non raro, evadunt inficii, prout sæpè reperiebam, dum ad me accedentes pro licentia audiendi Confessiones (Episcopium hoc, vigilantissimis, gloriosa memoria, Heris meis GEORGIO CORNELIO seniore, atque GREGORIO CARDINALI BARBADICO, ejus Successore regentibus) atrente, ac nervosè examinabam. Utiliores iterum DECISIONES has assevero; siquidem non solius conscientia internum Forum ipsa juvant; sed etiam externum, & contentiosum; cujus est Sponsalium frequentes altercationes dirimere, ac Divortiorum molestas, & difficiles causas judicare, circa quas non Theologorum tantum, sed Jurisperitorum magis excellentium, atque ipsius Romana Rota sententias, & doctrinas Advocati, & Judices obvias habebunt. Gratiores postea Studiosis omnibus illas promitto, quos eruditiones, Historia, ac antiquorum exempla delectant: his enim plurimis referta procedunt; & ne radio sint legentibus se se offerunt ornatas. Librum itaque hunc consuetâ excipite humanitate; ac meum in Vos antiquum, & constans obsequium ratum, & gratum habentes, pro iis, quæ mihi remanent typis danda, robur adjicite: & Valere.

NOI REFORMATORI  
Dello Studio di Padova.

**H**Avendo veduto per la Fede di revisione, & approbatione del P. F. Vincenzo Maria Mazzoleni Inquisitore nel Libro intitolato: *De Matrimonii Sacramento Decisiones*, Autore Jo: Clericato, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, & buoni costumi, concedemo Licenza ad Andrea Poletti Stampatore, che possi esser stampato, osservando gl'ordini in materia di Stampe, & præsentando le solite copie alle Publiche Librarie di Venezia, & di Padova.

Dat. 24. Zugno 1706.

{ Gio: Lando Kav. Proc. Reform.

{ Sebastiano Foscarini Kav. Proc. Reform.

Agostino Gadaldini Segret.

I N D E X  
ARGUMENTORUM  
DECISIONUM.

DECISIO I. *Argumentum.*

Ad intelligentiam hujus Tractatus, docetur, Matrimonium considerari vel tanquam simplicem contractum, vel simul etiam tanquam Sacramentum. Item vel in fieri, vel in facto esse. Tanquam contractus est de jure Naturali, Gentium, & Civili; cui à Christo addita est dignitas Sacramenti. Hæreticorum objectiones, ac solutiones. Quando, & quo loco Matrimonium factum sit Sacramentum; Opiniones quinque. Ejusdem quadruplex Nomenclatura variis eruditionibus explicata.

DECISIO II. *Argumentum.*

Definitur Matrimonium tanquam contractus tum in fieri, tum in facto esse. Inaugitur obligatio genitorum alendi proprios filios: & ad quid teneantur, qui mittunt illos ad Hospitale Domus Dei? Inquiritur, in quo consistat essentia con-

tractus Matrimonialis? Ostenditur septem rationibus, copulam actuale non esse de ejus essentia; idque confirmatur Exemplis Conjugum, qui in Matrimonio Virginitatem, & Castitatem perpetuam servarunt.

DECISIO III. *Argumentum.*

Disputatur famosa Quæstio, An inter DEIPARAM, & S. JOSEPH intercesserit verum Matrimonium, an sola Sponsalia? Præmissa tria, de educatione B. M. V. in Templo; de ejus Voto perpetuæ Virginitatis, quod omnium prima emisit; & de modo, ac tempore, quo fuit S. Joseph desponsata. Quod hæc fuerint tantum Sponsalia, rationes sex, ac SS. Patrum dicta. E contra, quod fuerit verum Matrimonium, rationes septem, ac SS. Patrum testimonia. Solutio rationum in contrarium adductarum, & declaratio SS. Patrum. An Votum per-